GREGORIUS TURONENSIS. ARNOLDUS PRUVENINGENSIS

12. Jh. Seite 223v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dei genitricis laudes attollit. et simul consono toti populi fauore personant
menia ecclesie. tantum popularis clamor extenditur. ut silentium posse fi
eri non crederetur. Erat ibi ex hebreis mulier quedam nuper baptismatis ad
epta gratiam. et adepte gratie quadam nouitatis facilitate utcumque adhe
rens. Hec non modo huius miraculi testis affuit. sed ipsum ei miraculum fidei nostre
testimonium fuit. In huius rei fama passim dilatata attendens VIR
RF commentissa quod summam rerum nuntiat fama non ordinem ab ipso di
diceret. Hebreum uestibus eum nouis induit. honeste habuit. et secum reti
nere temptauit. Verum ille patriam quam dudum exisset reuisere magis dili
gens. ei licentiam quesiuit. et simul opem optinuit. Reuersus ad suos.
quanta sibi dominus fecisset narrauit. et deinceps a laudibus dei genitricis non
abstinuit. Ecce autem duo mala recognito. que iste pertulit. et ex qui
bus auxilio ei enisit. per quod uenit auxilium nostrum quod a domino est. nimirum
eum. qui summe bonus est. et qui nulli mali auctor est. nec esse potest dicere: ego
dominus creans malum. MARIA.

Vellem te hanc questionem non commouisse. Hec namque questio.
quia multas habet alias questiones implicitas. non te cito permit
tit ad narrationem reuerti. et in multa mora semper cum incipio
ansam soluere. simul incipio et nodum ligare. Martha.
Memor esto quod non modo ego debitum meum tibi persoluere
debeam. immo et te fructum debeam in domino. In hoc positi
sumus. et in hoc conuenimus. huius pacti actenus nichil transgresse sumus. Proinde
ad inquisita uelim ut respondeas. non tibi quicquam indulgeo. non tibi parco.
Quod usque adeo desidia tibi est. utilitatem perimitur. Ego quod
utilitati proficere actenus promouere studui. et semper studebo.
Proinde nec parco uerba. tu para intentionem. ut utique hec pa

· Maria. Quid sit. Ego dominus creans malum.